



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De vitanda conuersatione cum malefiscis & diuinis; & de eorum, qui non  
vitauerunt, poenitentia. Capvt XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

morti sacramenta , si petierit , ministrentur ; idque <sup>ANNO  
CHRISTI  
325</sup>  
cum episcopus diligenter inquisierit , an dignus sit ,  
quia non licet vt priuemus eos sacramento com-  
munionis.

*De vitanda conuersatione cum maleficiis & diuinis ; & de eorum , qui non vitauerunt , pœnitentia .*

### CAPVT XX.

Nemo fidelium conuersetur cum maleficiis &  
Faciūt cum  
hoc Cano-  
ne multa, c.  
26. q. 5. diuinis ; & qui hoc fecerit , & eos interrogauerit ,  
eorumve dicta approbauerit , in domumque eo-  
rum intrauerit , aut in suam eos receperit , & eo-  
rum cibis & potionibus vsus fuerit , si sacerdos est ,  
mouendus est suo gradu , ac fidelium communio-  
ne & ingressu ecclesiae , communioneque sacra  
prohibendus. Si vero fuerit laicus , prohibendus  
est ecclesia. Quod si ad agendum pœnitentiam ve-  
nerint , agenda est eis pœnitentia annis viginti ,  
quo tempore pane tantum & sale vesci debent , &  
a vino abstinent , aqua contenti , vt sic castigati non  
redeant.

*De incestis nuptiis contra legem spiritualis cognationis , & de  
pœnitentia eorum qui sunt in eiusmodi nuptiis .*

### CAPVT XXI.

Nemo fidelium cum patre aut matre spiritua-  
Hinc exitit  
Can. 53. sex-  
ta Synodi  
in Trul. &  
Magunt. c.  
55. &c. per-  
uenit, 30. q.  
1. li matrimonium contrahat , id est , non cum patri-  
nis , aut matrinis : & qui hoc commiserit , habeatur  
tamquam ethnicus , quousque separetur ; & spatio  
viginti annorum pœnitentiam agat , decem annis  
non intrabit in ecclesiam , & abstinebit a commu-  
nione fidelium ; alteris decem licebit intrare in ec-